



**Francisci De Fargna Civitatis Plebis Patrii Philosophiæ,  
Sacræ Theologiæ, ac J. U. Doctoris ... Commentaria In  
singulos Canones De Jurepatronatus**

Qui sparsim tam intrà, quàm extra corpus Juris Canonici vagantur ...

**Fargna, Francesco de  
Montisfalisci, M.DCC.XVII.**

Casus VIII. Argumentum. An possessio dignitatis, cui est annexum  
Juspatronatus malitiosè impedita, habeatur pro capta in ordine ad  
præsentandum?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72191](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72191)

Jacobus in præsupposita etiam figuratio-  
ne, quod enarrasset Pontifici, se se repor-  
tasse medietatem Patronorum, ductus fuit  
justissimo errore, etiam si veritas foret in  
contrarium, quando Archiepiscopus in-  
faciem loci plus videns, non tantum litte-  
raliter usus fuerat in gratificando hoc eo-  
dem vocabulo *medietatis*, sed innixus ei-  
dem partitioni, seu medietati Patrono-  
rum, gratificavit cum subsequuta effecua-  
tione, alterum de presentatis in simili scis-  
tura Juratorum; Si ergo ultimus status  
radicabatur in hac medietate, etiam si non  
valeret in ratione ultimi status, valebat  
saltem in ratione Jacobum tuendi à sub-  
reptione, si credidit, quod credebatur Archi-  
episcopus ad ea, quæ in proposito uno  
ore consonant Scribentes, quod factum  
non expressum, vel malè expressum cau-  
set subreptionem, non Ius, utpote exis-  
tens in scrinio pectoris Principis suppli-  
cati, & concedentis *Felin. in cap. Super  
litteris sub num. 8. versic. Secunda regula  
de rescript. Gonzalez ad regul. 8. Cancel-  
lar. S. 4. Proemial. num. 83. & seqq. Lotter.  
de re Beneficior. lib. 3. quest. 44. num. 22.  
Rota decis. 569. num. 15. par. 5. & dec. 536.  
num. 5. par. 19. recent.*

Quo verò ad pertinentiam collationis  
in hoc casu ad Papam, & non ad alium,  
ita ut lubentius in omnem eventum foret  
substinenda collatio jam facta, ad regu-  
lam *multa facta tenent*, de qua *Rota in  
Asculana Beneficii 5. Martii 1698. coram  
Me, inter hæctenus impress. decis. 35. nu-  
mer. 19. ibique concordant.* satis liquidum  
esse (subnectebant *idem Domini*) perspe-  
cta ipsamet contraria, seu capitali ratio-  
ne, ob quam exorta est præfata propo-  
siti, quod nullam vocem habere censeat-  
ur ille, qui habet pro se medietatem  
Collegii, medietatem Communitatis, ex  
quo ea stare non possit in æquilibrio, qua-  
propter consequeretur, quod ad Papam  
delata erat collatio cum Patronis, præ-  
hæc, in termino præsentandi non concor-  
dantibus, nec Archiepiscopus queat gra-  
tificare, licet enim adesset alius com-  
præsentatus, nemo tamen eorum dicere-  
tur verè præsentatus, & ad consequendam  
gratificationem idoneus, ut concludere  
post bene enucleatam materiam videtur  
*Modernus Romanus discept. Ecclesiasticæ  
Pars I.*

*tomo primo discept. 4. num. 34. in fine, cum  
seqq.*

Absoluto ingeniorum conflictu, pro  
majori parte *Dominorum* exiit, ut memi-  
nimus, affirmativa resolutio, ex quo, &  
crediderunt validiora esse priora funda-  
menta, & reputarunt fortè per impe-  
dimentum, litis non effluxo termino, Patro-  
nos denuò præsentare posse per concursum,  
magisque ob id salutarem, & utilem Ec-  
clesiæ provisionem tanquam ex non reple-  
ta adhuc vacatione resultare potuisse, &  
quia tandem pro coronide ad diluendam  
omnem hæitationem concurrere visa est  
ipsius Jacobi confessio per viam facti, quod  
potentius est verbis, ipse enim veluti agno-  
scens consensum à se reportatum singula-  
riter, sive, ut dicitur ostiatim, nullatenus  
ei posse ad Gratia substationem suffra-  
gari, curavit, sed inutiliter, illum denuò  
obtinere per viam actus Collegiatiivi, nulla  
quippe major datur etiam in dubio veri-  
ficatio veritatis, quàm ea, quæ resultat  
ex confessione ipsius Partis tam verbo,  
quàm facto ad firmata per *Rotam coram  
Emerix Jun. decis. 1127. num. fin. & in  
recent. part. 10. decis. 250. numer. 3. & 4.  
cum aliis in Senen. Jurium Parochialium  
15. Februarii 1708. S. Modernam verò co-  
ram R. P. D. meo Lancetta.*

Et ita utraque &c.

#### ARGUMENTUM.

An Possessio dignitatis, cui est an-  
nexum Jus patronatus, malitiosè  
impedita, habeatur pro capta in  
ordine ad præsentandum.

#### SUMMARIUM.

- 1 *Possessio Dignitatis, cui est annexum  
Jus patronatus malitiosè impedita,  
habetur pro capta in ordine ad præ-  
sentandum, sed limita, ut num. 3.  
& amplia, ut num. 4.*
- 2 *Actus impeditus in odium impediens  
habetur pro facto.*
- 3 *Nemo jacturam sui Juris pati debet  
ex culpa, & delicto alterius.*

## C A S U S VIII.

**F**uit impedita à quodam malitiosè, & hoc directè agente, possessio Archiepiscopatus, cui annexum erat Iuspatronatus ad effectum, ne Archiepiscopus præsentaret. Quæritur in hoc Casu. An huiusmodi possessio habeatur pro capta, ad effectum, ut Archiepiscopus possit præsentare?

Movet hunc articulum D. Advocatus Pitonius Præceptor meus in *Panormitana Thesauraria*, quæ impressa reperitur apud ipsum in ejus *Traclatu de Controvers. Patron. alleg. 19. tomo 1.* ut prius dixit *Discept. Eccles. 12. num. 56.* ex cujus dictis Ego infra subijcio ad resolutionem quæstionis.

2 Et quidem affirmativè est resolvendum, etenim Actus impeditus in odium impediens habetur pro facto juxta *Barbosa de Canon. cap. 15. num. 13. & 14. Gonzal. ad regul. 8. S. 3. Proemial. num. 38. Aden. ad Gregor. decis. 341. litt. A. in fine, & decis. 364. sub num. 6.*

3 Benè verum est, quòd impedimentum præstitum capturæ possessionis non potest operari, quòd illa habeatur pro capta, quoties Archiepiscopus non fecit offensionem Litterarum Apostolicarum Capitulo ad effectum ei notificandi, quòd illæ erant expeditæ, & per ipsum non stabat, quo minus adipisceretur possessionem Archiepiscopatus, sine qua circumstantia non procedit regula, quòd propter impedimentum possessio habeatur pro capta, ut probat *Rota apud Garz. de Benefic. par. 5. cap. 4. num. 262. vers. Et Domini dixerunt.*

4 Quod ampliatur etiam si ex tali Civili captura possessionis oriatur præjudicium Tertii, qui directè non impedit; quia tali Casu conditio capturæ possessionis habetur pro impleta, non quidem in odium impediens, sed potius favore impediti, ne patiatur jacturam sui Iuris sine culpa, & facto proprio, *Rota in Burgen. Canonicatus 8. Julii 1584. coram Bubalo impress. apud Garz. de Benefic. par. 5. cap. 4. num. 262. Bartol. in L. in testamento 31. ff. de condit. & demonstrat. Text. in L. Si Titius Statuas ff. de condit. & demonstrat.*

*Corneus in L. 1. Cod. de instit. & substit. n. 18.* cum sit iniquum, quòd alteri ex facto, & culpa Tertii fiat præjudicium, cum nemo jacturam sui Iuris patiat ex culpa, & delicto alterius *L. eleganter ff. de dolo, Rota decis. 135. numer. 39. par. 16. Recent.*

## A R G U M E N T U M.

Uno ex Patronis non presentante, ceteris presentantibus, vox illius favore cujus augeatur?

## S U M M A R I U M.

- 1 Jus accrescendi habet locum inter Patronos re, & verbis conjunctos; & num. 3.
- 2 Aliquibus Patronis non presentantibus, ceteris presentantibus, an vox non presentantium augeatur presentantibus?
- 4 Natura conjunctionis est, ut conjuncti constituant unum Corpus, uniusque Persona vice fungantur.
- 5 Ordo affectionis, ut disparitatem operetur, itaut unus preferendus sit alteri in successione, & substitutione, ex quibus estimari debeat? & numero 6.
- 7 Presentatus à majori parte Patronorum est instituendus.
- 8 Consanguineus solum in paritate, & non in disparitate vocum est preferendus Extraneo.

## C A S U S IX.

**C**olella, & Bartholomæus Pantoliano renovarunt anno 1554. fundationem Jurispatronatus Cappellæ Sanctæ Crucis, reservantes de communi consensu pro se, eorumque hæredibus, & successoribus quibuscumque Jus presentandi. Et cum hæredes, & successores Colellæ nunc existentes, & descendentes à Joanne ejus filio sint Aloysius, Clara, & Theresia, hæredes verò, & successores Bartholomæi nunc existentes ex parte Camilli ejus filii sint Cæsar, & Lucretia; Ex parte Marci Antonii ejusdem Bartholomæi pariter filii